



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

IV. Vt clericus nec suo nec alieno nomine fenus exerceat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

III.

Nec hoc quoque prætereundum esse duximus, quoddam ^{i. q. 4. Nec hoc prætereundum.} lucri turpis cupiditate captos, vfurariam exercere pecuniam, & fenore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus: vt omnis peccandi opportunità adimatur.

IV.

Illud etiam duximus præmonendum, vt sicut non suo, ^{Distin. 46. sicut non suo.} ita nec alieno nomine, aliquis clericorum exercere fenus attentet: indecens enim est, crimen suum commodis alienis impendere. Fenus autem hoc solum aspicere & exercere debemus, vt, quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus.

V.

Hoc itaque admonitio nostra denuntiat, quod si quis ^{Distin. 10. Si Rom. pont. 5. Quibus ad hæc.} fratrum contra hæc constituta venerit, vel venire tenterit, & prohibita fuerit ausus admittere, a suo se noverit officio submouendum, nec eum communionis nostræ futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinæ. Ne quid vero sit quod prætermissum a nobis forte credatur, omnia decretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentii, quam omnium præcessorum nostrorum, quæ de ecclesiasticis *ordinibus, & Canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus; vt si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Data sexto Idus Octobris, Maximo *vero & *Paterno viris clarissimis consulibus.

*ordinationibus

*iterum
*Paterio